**δακτυλικὸν τρίμετρον ἀκατάληκτον /**
**dactylicum (-us) trimetrum (-ter) acatalectum (-us)**

**1.** Arist. Qvint. *de mus.* I 24 (p. 47. 26 sq. Winnington-Ingram) τοῦ δὲ γενικοῦ δακτυλικοῦ πεποιήκασιν οἱ μὲν (*scil.* ποιηταί) ταῦτα εἴδη· δίμετρον τρίμετρον τετράμετρον πεντάμετρον· βαίνουσι δέ τινες αὐτὸ καὶ κατὰ συζυγίαν ποιοῦντες τετράμετρα καταληκτικά· τινὲς δὲ κἀν ταῖς πρώταις χώραις μόναις ἀμείβοντες τὸν δάκτυλον καὶ τοὺς ἀνισοχρόνους αὐτῷ τῶν δισυλλάβων τιθέντες ποιοῦσι τὰ καλούμενα λογαοιδικά.

Trich. 375. 6 sqq. ὑφίστησι δὲ τὸ δακτυλικὸν μέτρον κατὰ ἀφαίρεσιν <καὶ πρόσθεσιν> μόνα δίμετρα καὶ τρίμετρα καὶ τετράμετρα καὶ πεντάμετρα καὶ ἑξάμετρα, καταληκτικὰ εἰς συλλαβὴν καὶ εἰς δισύλλαβον καὶ ἀκατάληκτα. ὑπερκατάληκτα γὰρ ἢ βραχυκατάληκτα μέτρα οὐκ ἔχει ὅλως τὸ παρὸν μέτρον, καθὰ τὸ ἰαμβικὸν καὶ τροχαικόν· ἐπεὶ μηδὲ ἐγχωρεῖ ὅλως.

Schol. B in Hephaest. 272. 2 sqq. περὶ δακτυλικοῦ. τὸ τοίνυν δακτυλικὸν βαίνεται μὲν κατὰ μονοποδίαν, αὔξεται δὲ μέχρι ποδῶν ἕξ. ἔχει δὲ διαφορὰς τρεῖς· τὸ μὲν γὰρ αὐτοῦ ἐστι κοινὸν δακτυλικόν, τὸ δὲ αἰολικόν, τὸ δὲ λογαοιδικόν. τὸ μὲν οὖν κοινὸν κατὰ πάσας τὰς χώρας δέχεται ἀδιαφόρως δάκτυλον καὶ σπονδεῖον. ὑφίσταται δὲ κατὰ ἀφαίρεσίν <τε καὶ πρόσθεσιν> δίμετρά τε καί τρίμετρα καὶ ἔτι τετράμετρα καὶ πεντάμετρα καὶ ἑξάμετρα. μονόμετρα γὰρ οὐκ ἔχει τὸ δακτυλικὸν τῷ μὴ βαίνεσθαι κατὰ διποδίαν· συνέμπτωσιν γὰρ ἐποίει ἂν τῶν τοιούτων μέτρων πρός τε τὰ ἰαμβικὰ καὶ τροχαικά.

Sacerd. GL VI 502. 6 sqq. dactylicum metrum omnibus et simplicius et antiquius est, quod dividitur in species XVII: hexametras quidem quattuor, heroicam, bucolicam hexametram, choeriliam, priapeiam; pentametras quattuor, acatalectam pentametram integram, dipenthemimericam archilochiam dactylicam, sapphicam, simmiam; tetrametras duas, bucolicam tetrametram vel heroicam, anacreontiam; trimetras quattuor, hemidexiam, glyconiam, pherecratiam, tertiam trochaicam; dimetras tres, adoniam, hymenaicam, penthemimericam, sed simplicem.

[Victorin.] GL VI 209. 5 sqq. = Avdax GL VII 336. 23 sqq. quae sunt ergo quinque genera versuum in dactylico metro? hexameter, pentameter, tetrameter, trimeter, dimeter.

Aldhelm. 82. 13 sqq. superius dixisti V genera versuum esse in dactilico metro (exametro *cod. corr. Elice, «RPL» 2004, p. 152*); quae sint, nominatim dicito. exameter, pentameter, tetrameter, trimeter, dimeter.

Crvind. 28. 25 sqq. quot sunt genera versuum in dactylico metro? quinque. quae? hexameter, pentameter, tetrameter, trimeter, dimeter, sed licet a versificis tetrametris, trimetris, dimetris versibus carmina invenimus conposita, hexametro tamen et pentametro cum catalectico, ut praediximus modo, metrici maxime uti solent.

**2a.** – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑
**b.** – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ×
**c.** – – – ⏑ ⏑ – ⏑ ×
**d.** – – – ⏑ ⏑ – –
**e.** – ⏑ ⏑ – ⏑ – ×

Trich. 376. 4 sq. ἀκατάληκτον δὲ (*scil.* δακτυλικὸν τρίμετρον) τοῦτο·
ἐκ καθαρῶν λαγόνων τέκες.

Tzetz. *de metr. Pind.* 79. 5 sqq.
ἑνδέκατον δακτυλικὸν καὶ ἀκατάληκτόν τε
καὶ τρίμετρον καθέστηκεν. ἰδού σοι καὶ ἡ θέσις.
δακτυλικά
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – –.

Tzetz. *de metr. Pind.* 79. 20 sqq.
τὸ τέταρτον δακτυλικὸν, τρίμετρον ἔστι δέ σοι,
πέλει δὲ ἀκατάληκτον· εἰ θέλεις δε καὶ ἄλλως,
λέγεται προσοδιακὸν τῶν χρόνων τηρουμένων.
δακτυλικόν προσοδιακόν
– ⏑ ⏑ . – ⏑ ⏑ . – – – ⏑ ⏑ – . ⏑ ⏑ – –.

Tzetz. *de metr. Pind.* 85. 11 sqq.
τὸ δεύτερον δακτυλικὸν, ἀκατάληκτον δ᾽ ἔστι
καὶ τρίμετρον καθίσταται. ἰδού σοι καὶ τὸ κῶλον.
δακτυλικά
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ .

Tzetz. *de metr. Pind.* 106. 3 sqq.
τὸ δεύτερον δακτυλικὸν καὶ ἀκατάληκτόν τε
καὶ τρίμετρον τυγχάνει σοι· ὁ τρίτος δὲ σπονδεῖος.
δακτυλικά
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – .

Schol. rec. in Pind. *Ol.* 6 (p. 198. 21 Abel) τὸ ιβ´ δακτυλικὸν τρίμετρον ἀκατάληκτον.

Schol. rec. in Pind. *Ol.* 7 (p. 243. 2 Abel) τὸ ια´ δακτυλικὸν τρίμετρον ἀκατάληκτον.

Schol. rec. in Pind. *Ol.* 7 (p. 243. 7 sqq. Abel) τὸ δ´ δακτυλικὸν τρίμετρον ἀκατάληκτον, ἢ προσοδιακὸν δίμετρον ἀκατάληκτον ἐκ χοριάμβου καὶ ἰωνικοῦ.

Schol. vet. in Pind. *Ol.* 8 (p. 7. 23 Tessier) τὸ β´ δακτυλικὸν τρίμετρον ἀκατάληκτον.

Schol. rec. in Pind. *Ol.* 8 (p. 282. 9 Abel) Ὺe τὸ β´ δακτυλικὸν τρίμετρον ἀκατάληκτον.

Schol. rec. in Pind. *Ol.* 8 (p. 282. 12 sq. Abel) τὸ ε´ ὅμοιον τῷ β´, δακτυλικὸν ἢ προσοδιακὸν ἐκ χοριάμβου καὶ ἰωνικοῦ ἀπ᾽ ἐλάσσονος.

Schol. rec. in Pind. *Ol.* 12 (p. 376. 11 sq. Abel) τὸ β´ δακτυλικὸν τρίμετρον ἀκατάληκτον.

SCHOL. REC. in Pind. *Ol.* 14 (p. 422. 12 sqq. Abel) τὸ ια΄ δακτυλικὴ τριποδία ἤτοι δακτυλικὸν τρίμετρον. ὡς δὲ ἐμοὶ δοκεῖ, προσοδιακόν ἐστι δίμετρον ἀκατάληκτον ἐκ χοριάμβου καὶ ἰωνικοῦ ἀπ᾽ ἐλάττονος.

SCHOL. REC. in Pind. *Pyth.* 1 (p. 430. 10 sqq. Abel) τὸ α′ δακτυλικὸν τρίμετρον, καὶ εἰ μέν ἐστιν ἡ τελευταία βραχεῖα, ἐστὶ καταληκτικὸν εἰς δισύλλαβον, εἰ δὲ μακρά, ἀκατάληκτον.

SCHOL. VET. in Pind. *Pyth.* 9 (p. 20. 2 sq. Tessier) τὸ θ΄ τρίμετρον δακτυλικὸν ἀκατάληκτον.

SCHOL. REC. in Pind. *Pyth.* 9 (p. 174. 30 sqq. Irigoin) τὸ β΄ προσοδιακὸν δίμετρον ἀκατάληκτον ἐκ χοριάμβου καὶ ἰωνικοῦ· εἰ δὲ βούλει, δακτυλικὸν τρίμετρον.

SCHOL. VET. in Pind. *Isthm.* 1 (p. 28. 19 Tessier) τὸ γ΄ δακτυλικὸν τρίμετρον ἀκατάληκτον.

SCHOL. VET. in Pind. *Isthm.* 1 (p. 28. 20 Tessier) τὸ ε΄ δακτυλικὸν τρίμετρον.

SCHOL. VET. in Pind. *Isthm.* 2 (p. 29. 6 sq. Tessier) τὸ ϛ΄ τρίμετρον δακτυλικὸν ἀκατάληκτον.

SCHOL. VET. in Pind. *Isthm.* 3 (p. 29. 19 sq. Tessier) τὸ γ΄ τρίμετρον δακτυλικὸν ἀκατάληκτον.

SCHOL. VET. in Pind. *Isthm.* 6 (p. 30. 20 sq. Tessier) τὸ η΄ δακτυλικὸν τρίμετρον ἀκατάληκτον.

SCHOL. VET. in Pind. *Isthm.* 7 (p. 31. 15 sqq. Tessier) τὸ ε΄ δακτυλικὸν τρίμετρον ἀκατάληκτον ... τὸ ζ΄ δακτυλικὸν τρίμετρον ἀκατάληκτον.

SCHOL. VET. in Pind. *Nem.* 6 (p. 24. 26 Tessier) τὸ ϛ΄ δακτυλικὸν τρίμετρον.

SCHOL. in Aesch. *Pers.* 584. 2 (p. 53. 17 sqq. Massa Positano) ἡμέτερον + τοὶδ᾽ ἀνὰ γᾶν] τῆς γ′ ταυτησὶ στροφῆς τὰ κῶλα ζ′· τὸ α′, τὸ β′, τὸ γ′ καὶ τὸ δ′ χοριαμβικὰ δίμετρα ἀκατάληκτα προσοδιακὰ καλούμενα, ἐκ χοριάμβου καὶ ἰωνικοῦ ἀπ᾽ ἐλάττονος, εἰ δὲ βούλει δακτυλικὰ τρίμετρα (κατὰ μονοποδία<ν> γὰρ μετρεῖται τὰ δακτυλικά, ὡς πολλάκις εἴρηται).

SCHOL. in Aesch. *Pers.* 928 (p. 67. 19 sq. Massa Positano) + αἶ αἶ] σύστημα κατὰ περικοπὴν μονόστιχον· ἔστι δὲ τὸ κῶλον δακτυλικὸν τρίμετρον.

SCHOL. in Aesch. *Pers.* 944 (p. 68. 26 sqq. Massa Positano) ἡμέτερα + τὸ β′ δακτυλικὸν τρίμετρον, εἰ δὲ βούλει προσοδιακόν, ἐκ χοριάμβου καὶ ἰωνικοῦ ἀπ᾽ ἐλάττονος.

SCHOL. BYZ. in Soph. *Oed. tyr.* 151 (p. 269. 15 sq. Longo) τὸ δ΄ δακτυλικὸν τρίμετρον.

SCHOL. BYZ. in Soph. *Oed. tyr.* 155 (p. 269. 24 sqq. Longo) τὸ ια΄ ὅμοιον τῷ δ΄. ἔχει δὲ καὶ συνίζησιν τὸ κῶλον. τὸ αὐτὸ δ΄ ἂν εἴη διαλελυμένως κείμενον καὶ τροχαικὸν δίμετρον ὑπερκατάληκτον. τὸ ιβ΄ ὅμοιον δακτυλικόν.

SCHOL. BYZ. in Soph. *Oed. tyr.* 165 (p. 270. 10 sqq. Longo) τὸ κδ΄ δακτυλικὸν τρίμετρον ἀκατάληκτον ... 17 sq. τὸ κθ΄ ὅμοιον τρίμετρον ἀκατάληκτον.

SCHOL. BYZ. in Soph. *Oed. tyr.* 175 (p. 270. 24 sq. Longo) τὸ λϛ΄ δακτυλικὸν τρίμετρον ὅμοιον τῷ δ΄.

SCHOL. in Aristoph. *Ach.* 735 (p. 97. 2 Wilson) † δακτυλικὸν τρίμετρον †.

Schol. in Aristoph. *av.* 881a. 4 sq. (p. 140 Holwerda) τὸ ε´ χοριαμβικὸν δίμετρον καταληκτικὸν, εἰ δὲ βούλει, δακτυλικὸν τρίμετρον.

Schol. in Aristoph. *av.* 1748a. 5 (p. 240 Holwerda) τὸ α´ δακτυλικὸν τρίμετρον ἀκατάληκτον.

Schol. rec. anon. in Aristoph. *nub.* 275a (p. 256 Koster) τὸ ι´ δακτυλικὸν τρίμετρον.

Schol. rec. in Aristoph. *nub.* 275b. α 12 sq. (p. 47 sq. Koster) τὸ ιβ´ (v. 286) ʻἀκάματον σελαγεῖταιʼ δακτυλικὸς τρίμετρος· τὸ ιγ´ (v. 287) ʻμαρμαρέαισιν ἐν αὐγαῖςʼ ὅμοιος.

Schol. rec. in Aristoph. *nub.* 275c. 1 sqq. (p. 48 sq. Koster) ἀέναοι Νεφέλαι] ἡ ἐπεισόδιος αὕτη στροφὴ καὶ ᾠδὴ τοῦ χοροῦ κώλων ἐστὶ ις´ ... 10 sq. τὸ ιγ´ δακτυλικὸν τρίμετρον κατὰ μονοποδίαν.

Schol. in Aristoph. *pac.* 775e. α 13 sqq. (p. 121 Holwerda) τὸ η´ προσοδιακὸν ὅμοιον τῷ δ´ ἐκ χοριάμβου καὶ ἰωνικοῦ, τοῦτο δὲ δύναται εἶναι καὶ δακτυλικὸν τρίμετρον ... τὸ ια´ ὅμοιον τῷ α´, τὸ αὐτὸ δὲ καὶ δακτυλικόν ἐστι τρίμετρον.

Schol. in Aristoph. *pac.* 775e. β 10 sq. (p. 121 Holwerda) τὰ η´, θ´, ια´ δακτυλικὰ τρίμετρα.

Schol. vet. in Theocr. *Anth. Pal.* XV 21 arg. c (p. 336. 15 sqq. Wendel) τὸ ἐπιγραμμάτιον ἡ Σῦριγξ τοῦ Θεοκρίτου συνέστηκεν ἐκ μέτρων ὅλων μὲν δακτυλικῶν, ποσότητι δὲ διαφερόντων ... (p. 337. 2 Wendel) τὸ ἕβδομον τρίμετρον ἀκατάληκτον.

Schol. B in Hephaest. 272. 24 sq. ἀκατάληκτον δὲ (*scil.* δακτυλικὸν τρίμετρον) τό· ([Hom.] *Il.* I 7)

Ἀτρεῖδαί τε καὶ ἄλλοι.

Sacerd. GL VI 510. 12 sqq. priapeium metrum monoschematistum est: constat enim spondeo, duobus dactylis, spondeo, dactylo, spondeo, ut est apud Homerum versus ille: (*Il.* IX I 529)

Κουρῆτες τʼ ἐμάζοντο καὶ Αἰτωλοὶ μενέχαρμαι.

inveni et apud Vergilium hac divisione, <in> qua tamen observandum est ut in utraque versus divisione finita sit pars orationis, ut est illud vergilianum: (*Aen.* III 43)

externum tulit aut cruor hic de stipite manat,

et illud alterum: (*georg.* III 6)

cui non dictus Hylas puer et Latonia Delos.

hoc metrum divisum faciet per singulas divisiones suas duo trimetra, de quibus opportunius tractabo (p. 514. 28 sqq.).

Sacerd. GL VI 514. 26 sqq. quoniam de tetrametris dactylicis speciebus docuimus (p. 512. 24 sqq.), nunc de trimetris dactylicis doceamus. de hemidexio trimetro acatalecto dactylico. hemidexium trimetrum dactylicum, ut quibusdam placet, monoschematistum est, ut semper tribus dactylis percutiatur, negantibus aliquod metrum speciale plus quam unum schema posse recipere imperitissime. nam heroicum cum sit speciale, tamen nullo quamvis

imperitissimo contra dicente habet schemata XXXII. ergo et hemidexium trimetrum dactylicum schemata habet octo, de quibus unum solum ponam. graecum exemplum [hemidexium] quod repperi tribus dactylis constans, ut:

ξεῖνε τὸν Ἀρχεβίου τάφον.

latinum exemplum [hemidexium trimetrum dactylicum] hoc erit monoschematistum dactylicum, ut: (Verg. *Aen*. VI 265)

et Chaos et Phlegethon loca.

secunda species trimetri dactylici glyconia nuncupatur, de qua brevissime doceamus. de glyconio trimetro dactylico. glyconium trimetrum dactylicum monoschematistum est. constat enim semper spondeo, duobus dactylis, sicut omnibus peritissimis placuit; ut quibusdam non bene curiosis placet, incipiens a quolibet disyllabo, ut primus pes quattuor schemata habeat et duo pedes schemata CCLVI, ut quivis de trisyllabis pedibus sint, qui sunt octo. graecum exemplum hoc est: (Pind. *Ol*. 1. 1)

ἄριστον μὲν ὕδωρ ὁ δέ,

latinum hoc: (Verg. *Aen*. I 522)

o regina novam cui.

de tertia specie trimetra dactylica breviter componamus. de pherecratio monoschematisto symptycto. pherecratium trimetrum, quod quidam symptycton, alii anapaesticum dicunt, monoschematistum est: semper enim spondeo, dactylo, spondeo percutitur. cuius exemplum graecum est: (Pind. *Ol*. 1. 1)

χρυσὸς αἰθόμενον πῦρ,

latinum: (cf. Verg. *Aen*. I 33)

cessit condere gentem.

his copulatis, glyconio praeposito et pherecratio subiuncto, erit illud metrum hexametrum monoschematistum priapeium, de quo paulo ante monstravi, quod constat prima parte ex glyconio, spondeo, duobus dactylis, in novissima vero, sicut pherecratium, spondeo, dactylo, spondeo:

o regina novam cui cessit condere gentem,

(Verg. *Aen*. III 43)

externum tulit aut cruor hic de stipite manat,

(Verg. *georg*. III 6)

cui non dictus Hylas puer et Latonia Delos.

*** est trochaicum trimetrum habens schemata IV. de trochaico trimetro. trochaicum trimetrum quattuor schemata habet: duobus enim pedibus variatis tertium semper trochaeum habeat necesse est. <ex duobus dactylis et trochaeo>: (Hom. *Il*. V 252)

μή τι φόβονδ᾽ ἀγόρευε,

(Verg. *Aen*. VII 734)

Oebale quem generasse;

huic contrarium ex duobus spondeis et trochaeo: (Verg. *buc*. 3. 79)

et longum formose;

<ex> dactylo, spondeo <et trochaeo>: (Verg. *Aen*. I 9)

quidve dolens regina;

<ex> spondeo, dactylo <et trochaeo>: (Verg. *Aen.* I 10)

insignem pietate.

APTHON. GL 73. 3 sqq. incipit autem et adcrescit per augmenta syllabarum dactylicum metrum a dimetro usque ad hexametrum. erit ergo versus dimetrus catalecticus, qui duobus suis dumtaxat pedibus subsistit, tamquam: (Hor. *carm.* I 2. 4)

terruit urbem,

qui concurrit etiam in choriambicum monometrum hypercatalectum, quod adonidium appellatur. trimetrus autem acatalectus, qui e tribus, ut: (Verg. *georg.* III 6)

cui non dictus Hylas puer;

hoc hemiepes dicitur, quo Simonides frequenter usus est.

APTHON. GL VI 74. 8 sqq. heroici versus hexametri cola seu commata alia sunt, ut Graeci dicunt, ἀρκτικά, alia τελικά, alia κοινά, e quis alia initiis, alia clausulis versuum conexa respondent, quas portiunculas, si necesse sit, ausim dicere initiales et finales seu novissimales, communes autem, quae et initio et fini sociatae congruunt. igitur tetrametrus versus herous initialis erit talis:

Odrysium Martem cane barbite,

finalis seu novissimalis:

Odrysio lyra carmine cantat,

communis autem: (Hor. *carm.* I 28. 2)

mensorem cohibent Archyta;

trimetrus initialis: (Hor. *carm.* I 3. 1)

sic te diva potens Cypri,

quod metrum glyconium octasyllabum dicitur; finalis autem: (Hor. *carm.* I 5. 3)

grato Pyrrha sub antro,

quod pherecration heptasyllabon appellatur.

DIOM. GL I 512. 4 sqq. sic et trimetrum ex superiore parte hexametri tale:

Musae Pierides novem.

sed hoc idem anacreontion est, de quo supra diximus (p. 510. 18 sqq.). nam simile est illud quod posueramus exemplum: (Hor. *carm.* I 3. 1)

sic te diva potens Cypri.

ATIL. FORTVN. GL VI 285. 2 sqq. trimetrum (*scil.* dactylicum) acatalectum:

caeditur icta securi.

MALL. THEOD. GL VI 591. 25 sqq. metrum dactylicum trimetrum constat ex duobus dactylis et spondio sive trochaeo. huius exemplum:

quod sua seminat arbor.

metrum dactylicum trimetrum constat ex dactylo et duobus trochaeis sive ex dactylo et trochaeo et spondio. huius exemplum:

tu genus hoc memento.

SERV. GL IV 460. 23 sq. de simonidio. simonidium constat trimetro (*scil.* dactylico) acatalecto, ut est hoc:

indue pallia Serica.

IVL. TOL. 230. 200 sqq. quod sequitur metrum? dactylicum trimetrum. qua-

les pedes recipit? duos dactylos, ita ut in fine spondeum aut trochaeum habeat. da eius exemplum:

quod sua seminat arbor.

fit alio modo? fit per dactylum et duos trochaeos. da eius exemplum:

tu genus hoc memento. [*S.D.B.*]